

1091/ 09 / 08

11

Odino Guimir, vello pero con toda á súa razón, dóalle ó mosteiro de Celanova e ó abade Pedro, a súa herdade en Astrilli e no próximo lugar de Villarino, como agradecemento polos beneficios obtidos do magister Seniorino, qui nunc terra de Foramontanos iricem gerebat e pola autoridade do abade Pedro.

TC, fols. 10r. - 10v.

In nomine Domini et pii altissimi Patris videlicet et Spiritu Sancti regnantes in secula. Licet imbellicitas corporis atque in decrepita etate mihi Odino Guimir advenisset, tamem sana mente integroque consilio decrevi ut abbas domni Petri monasterio Cellenove, darem atque concederem hereditatem meam propriam quam habui de / aviorum et parentum meorum quam adiacet inter Fackilanes et Gaudilanes quam inquiunt Astrilli, et in Villarino qui est non procul ab illa hereditate meas comparationes, sive et de parentibus meis, propter irictum atque gubernationem quam mihi magister Seniorinus qui nunc terra de Foramontanos iricem gerebat, mihi contulit per auctoritatem atque dispositionem ipsius abbati per plurimos annos, et rura propinqui atque consanguinei mei hunc beneficium mihi facere nequierunt illi tamem concesserunt. Do et dono hanc hereditatem ut in cunctis diebus plenam obtineat hanc kartolam a me roborem. Et si quis eam quislibet persona propinquus aut extraneus a monasterio Cellenove abstrahere voluerit, pariet in duplo, et insuper post parte iudex terre det solidos L^a.

Facta cartola subiectionis VI^o ydus Setembris. Era M C XXVIII.

Ego Odino in hanc kartolam subiectionis vel incartationis manum meam roboro.

Hordonio Velasquiz cfr. Vimarani Ranemiriz cfr. Vimara Velasconiz cfr. Aloyto Velasconiz cfr. Sarracena Leovegildiz cfr.

Fernando ts. Citi ts. Maurgato ts.